Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36903
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



173

sione dissolutos monachos qui tunc in ecclesia monasterii
erant fieri potuisset. Hoc n. nullus credit. Ideo
inexpectatus. Patet igitur ex hiis quod sancti consentientes
concilio electo pasnamen ad hoc consensit et ecclesiam modo premisso ad hoc promouit quantum in se fuit
et hoc monachos ordinis s. Benedicti sue domo dissoluta et
in obseruantia regulari collapsa reduxit, non ad lapsam
obseruantiam tunc quam iste secularis fecit, sed ad totalem
obseruantiam, qualis est obseruanda monachis speciales. viz.
sub qua carnium esus non credebat, nisi tunc infirmis
et omnino debilibus. Sed nunquid iste fecit quilibet qui electus
de hoc positus non solum licitum, imo et pium esse iudicauit, sed et illud per licentiam sua altissimam laudibus extulit
et commendauit. Quis autem vellet credere quod concilium
hoc fecisset, si monachos ordinis s. Benedicti dissoluta
et in regulari obseruantia collapsa ad talem obseruantiam reparare, sub qua nisi infirmis et omnino debilibus
carnes darent esse omnino prohibitum et contra determinationem
sancte et contra sacros canones et illa secularis ausus
fuit in sua posicione docere. Ergo n. est credendum quod
concilium constitutum Benedictina restituerit, neque
rursus quod eam scitam non intellexit, neque iterum
quod contra eam sane intellectam aliquid voluit fieri vel
consentire vel fieret. Cui igitur patet quid credere
debeat, ad motiua istius secularis quibus nec suptam
sua nociua doctrina nitit roborare. Et primo ad
hoc quod dicit, quod si quis monachos Benedictinos sanos et
fortes, qui non nouerunt statutam obseruantiam regule